

Constitutiones terrarum Prussiae

Gedani primum editæ, deinde in publicis Comitibus Thorunij conciliatæ, regia tandem autoritate pro commo do publico confirmatæ.

Con
 Quoad has Constitutiones Terrarum Prussiae confer. Volumen Legum Regni Poloniae tom. I. pag. 541. sqq. Lengnich Historia Prussiae tom. I. in document. pag. 193. sqq. Hauserstein Repertorium Juris Pruthenici tit. Index. pag. 373. sqq. Jura Fundamentalia Terrar. Pruss. pag. 57. sqq.
 An. 44, 401.



IGISMUNDVS DEI

Gratia Rex Poloniæ, magnus
Dux Lithuanie, Russiæ, totiusq;
Prussie, Masouie &c: dominus
& hæres. Significamus tenore
præsentium quibus expedit vni-
uersis præsentibus & futuris hæ-
rum notitiam habituris. Quia
consulere volentes multiplicibus
erroribus et abusus, quicum in
diuinis, ac etiam humanis rebus
inoleuerant in terris et ciuitatibus nostris Prussie, ac bonæ
reformationi defectuum et dissidiorum, quæ in ipsis terris
obortæ fuerant vtiliter intendē. de consilio & consensu om-
nium consiliarium & nunciorum communitatis tam mili-
taris, quàm etiam ciuilem ordinis, infrascriptas constitutio-
nes edidimus, promulgauimus, et confirmauimus.

IN PRIMIS quisq; Palatinus habeat apud
se exemplum seu copiam priuilegij terrarum Prussie, et illud
vnicuiq; petenti ostendet, & coram eo legi faciet, quod nos
manu tenere, & secundum ipsius tenorem tam spiritualium,
quàm secularium dignitates, officia, & Capitaneatus, solis &
proprijs terrarum Prussie indigenis conferemus.

*Prinilegiy
manu tenho
Dignitates solis
Indigenis confer*

IVDICIA terrestria in singulis Palatinæ
tibus quotannis bis seruentur, ita vt in Palatinatu Culmeu:
primum iudicium feria tertia post dominicam Quasi modo
geniti, Secundum autem feria tertia post Lamperti, celebretur.
In alijs autem Palatinatibus iuxta veterem consuetudinem
obseruetur.

*Terre seu
Iudicia*

A ij

Ex

TRD Raamatukogu

Ex quibus quidem iudicijs terrestribus appellationes ordinariæ
siant ad conuentus generales terrarum Prussiæ, A conuentibus
generalibus ad Regium tribunal nostrum, donec alterutra
partium tres conformes sententias obtinuerit.

3

*Appellantes
quatuor in iudi-
cio reponere
debeant*

VT AVTEM friuolæ et temerariæ Appel-
lationes nonnihil cohibeantur, quisquis in iudicio terrestri ad
Conuentum generale appellauerit, tres marcas in iudicium re-
ponat. Si verò à conuentu generali ad nos appellatum fuerit,
sex floreni per triginta grossos deponantur. Et si appellans
eorum iudice appellato succubuerit, in vsum publicum iudicij
in quo erant repositæ cedant, alioquin parti restituantur.

4

Causæ Sanguinis

NEC PALATINI causas ad ius terrestre
spectantes nisi de consensu partium iudicent. Et prouocant; ad
iudicium terrestre remittant exceptis causis leuioribus, quæ vi-
delicet valorem decem marcarum non excedant. Hæc qui-
dem sine strepitu iudicij de simplici & plano ab eis componi
possunt. In causis autem sanguinis et facto recenti depre-
hensis indilatam iustitiam ministrent, nec partes contententes
ad componendum amicè inter se controuersiam cogant, nec vlla
pœnas exigant nisi per iudicium decernas. Quarum pœna-
rum tertia pars iudicio terrestri, reliquæ duæ partes Palatino
loci cedant.

5

*Citati Pala-
tini et Capit.
coparen*

PALATINI ET Capitanei citati tam in
iudicio terrestri, quàm Conuentuum publicorum respondere
sint obligati, exceptis actionibus super bonis nostris Regalibus
emergentibus

emergentibus. Capitanei autem iuxta continentiam pri-
uilegij terrarum Prussiæ sint indigene possessionarij, ratione
quarum possessionum, si bona terrestria fuerint, iudicio terrestri
sint subiecti.

6

VT AVTEM temerariæ lites amputentur
Commissarios siue iudices delegatos non deputabimus, in
causis ad iudicium terrestre spectantibus, & minus in eo iam
pendentibus, nisi per appellationem ordinariam, de qua supe-
rius dictum est, à sententia diffinitiva seu interlocutoria iam la-
ta, ad tribunal nostrum deuolutæ fuerint, exceptis causis limi-
tum bonorum nostrorum Regalium, & diuisione fratrum &
proximorum.

7

NEC IVDICES delegatos seu commissarios
à quibus semel appellatum est, in eadem causa denuo des-
putabimus, aut causam ad ipsos remittemus. Non enim
verisimile aut honestum videtur, quòd iudex suam pristinam
sententiam retractet, aut aliter postea iudicet, quàm antea iudic-
auerat.

8

CONVENT VS autem Publici seu gene-
rales iuxta proximam ordinationem nostram in Prussia quo-
annis bis celebrentur, verno videlicet tempore, Marienburgi
ad diem Sancti Stanislai, Tempore autem autumnij, in Grauda-
dencz ad diem Sancti Michaelis, In nostro tamen arbi-
trio erit, cum res ita postulauerit, alium locum & tempus hu-
iusmodi Conuentibus præscribere. Peculiares autem con-
uentus

*Conuentus
publici quada-
tenen*

A iij uentum

uentus per nos instituendi locum & diem ex nostro arbitrio
sortientur.

9

AD PRAEDICTOS generales Conuen-

tus omnes causae tam ex ciuitatibus quam ex iudicijs terrestri-
bus per Appellationem deuoluantur, & etiam sine speciali
commissione nostra iudicentur, Deinde vero et non antea ad
supremum tribunal nostrum remittantur parte prouocante.

Cui ad prosequendam appellationem à iudicibus legitimi-
mus terminus praefigatur, Quam appellationem si intra
vnius anni spacium non prosequeretur prior sententia iuxta iu-
ris communis dispositionem, vt praedictum est, in rem transeat
iudicatam, et executioni demandetur.

10

ANTE Conuentum vero publicum per nos
et successores nostros, singulariter instituendum in singulis Pa-
latinatibus Culmenſi videlicet, Marienburgenſi: & Pomerani-
ae fiat Nobilitatis Conuentio particularis Quam secundum
morem antiquum Palatini in singulis Districtibus Palatinatus
sui ad aliquem locum conuenientem literis suis conuocent, vt
Nuncij ad huiusmodi Conuentum mittendi eligantur. Qui
autem vocatus non comparuerit, poenam duarum marcarum
pendet. Cuius medietas Palatino eius loci, altera vero aerario
publico proueniat, exceptis terrarum dictarum Prussiae Con-
siliarijs nostris, siue equestris, siue Civilis sint ordinis.

11

AT QVVM frustra sententiae ferantur nisi
legitimae executioni demandentur, Volumus et ineffragabili
constitutione

constitutione sancimus, vt deinceps vnusquisque cuiusvis Con-
ditionis aut eminentiae fuerit, rei iudicatae sine omni contradic-
tione cum effectu pareat, et obsequatur, alioqui locorum Pa-
latini nullo alio à nobis mandato expectato, legitimam exe-
cutionem faciant, adiuncto sibi, vbi causae conditio id postula-
uerit, Capitaneo et Nobilibus illius districtus, aut etiam si ne-
cessitas exegerit, omnibus et singulis Vasallis nostris seu No-
bilibus illius Palatinatus, quos ad assistendum illi sub iuris iu-
rando debito, & amissione feudorum obligatos esse decerni-
mus, Si vero maiori potentia sit opus, negotium ad nos re-
ferri volumus, vt oportunis rationibus, rebus prouideamus.

12

PALATINOS similiter ad huiusmodi
executiones faciendas, iustitiamque oppressis ministrandam, ius
iurandum nobis praestitum adigat, quos etiam si remissiores
fuerint quinquaginta florenorum Hungaricalium poena plecti
volumus, Cuius multae medietas parti cui iustitia denega-
ta est, altera vero medietas Aerario publico terrarum Prussiae
cedat.

13

VBI AVTEM quis executioni voluerit
resistere, aut iam factam violare conuictus fuerit, poena banni
siue proſcriptionis ac bonorum confiscatione irremissibiliter
puniatur. Ex quibus bonis parti laesae primum fiat satis, quod
reliquum fuerit praedicto fisco applicetur.

14

STATVIMVS praeterea vt nullus Capita-
neus, Nobilis, ciuis, aut quis alius cuiuscumque Conditionis
existat

Rci Iudicatis
parend.

Executio
facta.

Executioni
resistent. poena
banni adſi-
cienda.

Appellatio
ad generales
Conuentus de
iuribus.

Conuentio Nobili-
tatis particu-
laris.

*Nulli violentia inferen-
ter in publice stratis insidie ponen-*

existat personis, Castris, domibus, aut possessionibus alicuius
vllam violentiam inferre, incursiones facere, in publicis stratis
insidias ponere praesumat. Super his conuictus iuxta antea
quum plebiscitum terrae Culmen. capitali poena puniatur.

15

ET QVVM aliquis Nobilis decreto pub-
lici Conuentus iudicio Palatinorum aut terrestri capitur, quod
sub certis poenis in potestatem aut carcerem Civilem non trada-
tur, sed in manus Palatinorum. Si quis autem in Ciuitate vbi
nulla arx est capitur, et autoritate Conuentus Palatini aut iudicij
in Carcerem Civilem conijcitur, in potestate eorundem, &
non ciuitatis permaneat, fideiussoria autem cautione à carcere
huiusmodi liberetur, nisi causa fuerit criminalis.

16

ET VT sub poena viginti florenorum Hun-
garicalium, quorum medietas Palatino, altera parti lae se cedat,
absq; vlla remissione persoluenda, nobiles & eorum subditi
autoritate seu potestate Ciuili non capiantur, detineantur, aut
arestentur. Nec nobiles autoritate propria capiant aut deti-
neant ciues vel eorum subditos, sed vnusquisq; coram iudice
suo ordinario conueniatur, & iusticiam requirat, nisi in calib-
recentibus, & actionibus criminalibus, pro vt pax perpetua
disponit, statuens quod delinquens in loco delicti deprehensus,
et contrahens de contractu recenti, in loco Contractus poterit
conueniri.

17

PRAETERE A ne in fluminibus terrarum
nostrarum Prussiae ab antiquo nauigalibus quibuscumq; ob-
stacula fiant, vt tam piscibus quam nauibus, et lignis liber trans-
sue

itus permittatur bonis ac iuribus nostris Regalibus, & quocumq;
Priuegijs antiquis, & praescripta consuetudine
saluis.

18

NOBILIBVS autem qui habent priuegia
um piscandi in lacubus nostris Regijs, aut testibus fide dignis
probare possunt se fuisse in possessione piscandi, aut quorum lie-
mites, aut ager stagnis nostris regijs adiacet, his quidem pesca-
tio permitti debet. Sed paruis retibus dumtaxat, ad vsum &
mensam eorum propriam, non autem ad vendendum. Ea
tamen conditione vt retia Castrensia in hyeme primos habeant
tractus, & quod tempore quando pisces qui Germanice Bresa-
sen, Polonice Klyesz vocantur semen aut foetum emittunt,
nulli liberum sit in lacubus nostris Regijs piscari, ne huiusmodi
piscium foetura in augmentando impediatur. Sed nolumus
per hunc articulum Tenentarijs bonorum nostrorum Regalis
um aliquod prauiudicium generari, aut ipsis seu quibuscumq;
alijs proprios lacus habentibus vim aliquam inferri, quod mi-
nus iuribus suis, et antiquis priuegijs vt possent.

19

ET PRAETERE A vt Ecclesiastici bona
terrestria Ecclesijs ascribenda & approprianda, siue incorpo-
randa absq; specialis consensu nostro amodo non nisi a suis Vae-
sallis emant, ne obsequia nobis ex ipsis debita intereant, pro se
verò priuatim illa emere possunt. Quae si in vita sua non
abalienauerint, aut cuiuspiam non donauerint, ad eorum propin-
quos et consanguineos deuoluantur.

20

CIVIBVS bona terrestria, et nobilibus ciui-
lia bona liberum sit deinceps emere. Ita tamen quod ad paria
B onera

Nota!

*Piscari priui-
legium in lacubus*

Nota!

*Ciues bona
terrestria
et Nobiles
ciuilia emere
possunt.*

*Appellatio
ad gene-
ralem
iudicium*

*Nobiles quo-
a Ciuili ordi-
ne incurreant*

vid. J. C. post. 1.

*Nobiles a Ciuili
non ciues a Nobi-
li potestate capi-
ant detineri aut
sed coram iudice
ordinario conueni-
ant*

*frischkopf
Contractus recentis*

*Conuentio
litate po-
laris*

onera vtriusque ferenda sunt obligati, Quod scilicet ciues ratio-
ne bonorum terrestrium, omnia nobilitatis onera, & nobiles
ratione Ciuium bonorum, omnia Ciuilia onera æquis passibus ferant.

NEC AMODO liceat rusticis feras in ne-

moribus venari, nec laqueos in syluis et agris ponere, canes aut
retia venatoria habere, alioquin in potestate dominorum sit,
bombardas, canes, et retia huiusmodi auferre, & pro qualitate
excessus mandatum preuaricantes in decem marcis domino
fundi applicandis toties quoties punire, exceptis fossis pro lu-
porum captura, quas sine tamen præiudicio, quilibet cum con-
sensu dominorum suorum habere potest.

SIMILI modo nec Palatini, Capitanei, aut
nobiles alter in alterius fundo absque voluntate domini fundi
venerari, nec in syluis feras domare, aut cicurare debet, quod
Klupffen vocant sub amissione rerum, equorum, et currum.

Bombardis autem nemo omnino, nec in proprijs, nec alie-
nis syluis, sub poena centum florenorum Hungaricorum irre-
missibiliter soluendorum amodo vtatur, cuius mulctæ me-
dictas nobis, altera ærario publico terrarum Prussiae proueniat.

ET ITEM vt Palatini, et Capitanei quisque
in suo Palatinatu, et Capitanatu diligenter fines terrarum ob-
seruent, ne prædones & grassatores ingrediendo impune gras-
sentur.

Pro domo litonha rogatus Et

ET PRAETEREA ne rustici cum bom-
bardis, cuspidibus, lanceis, gladijs, aut similibus armis publice,
aut priuatim incedant, atque deferant nisi ad venationem, aut
publicam pacem tuendam à Dominis et potestatibus suis euo-
cati fuerint, Scultetis etiam exceptis, quibus ob publicam fun-
ctionem armatos esse liceat.

EX QVO etiam multorum quærimonijs
accepimus, quosdam officialium nostrorum, præsertim Tu-
choliensium: prætextu mandati prohibitorij de inuentione salis pe-
regrini in Poloniam innocentibus antequam finibus terræ
appropinquent, saltem adimere, Quod quia iniquum est, sub
gravi indignatione nostra prohibemus, ne de cætero cuique ad-
iungatur, nisi ultra fines transgresso.

NOBILES præterea districtus Schlocho-
uensi. instar rusticorum vt ligna ad arcem ducant, aut alia ser-
uicia rusticalia faciant cogi nolumus, sed antiquam consuetudi-
nem seruandam esse decernimus.

CVM ETIAM mercatores, & præsertim
peregrini, siue exotici homines, in nobilitatis ac Ciuitatum in-
iuriam, pelles, frumenta, humulum, ceram, linum, et alia me-
cium genera in villis ac pagis clam et publice coemere et nego-
ciationes illicitas exercere soleant, autoritate nostra Regia fir-
miter prohibemus, ne id de cætero fiat. Statuentes vt deinceps
subditi Dominorum merces, & res suas vendibiles in Ciuita-
tem iuxta

tem iuxta veterem consuetudinem ducant, & in foro publico
venales exhibeant, legitimam tamen dominorum suorum cum
pellibus ferarum et bestiarum sylvestrium ratione habita, aliis
oqui emptoribus equos & currus, venditoribus autem res
venditas a praefectis nostris adimi, et confiscari volumus.

28

*De emphyteu-
proventibus*

MANDAMVS insuper, et ita omnino ha-
bere volumus, vt Palatini debitores decimarum aratralium,
et quorumvis Ecclesiasticorum proventuum Censuras contu-
maciter sustinentes, ad huiusmodi debitorum solutionem re-
medijs oportunis compellant, ne Ecclesiastici proventibus suis
fraudentur.

Ea itaq; omnia & singula superius descripta, quae vel vete-
rum privilegiorum ratione continent firma et fixa vt prius vel
nouiter ad publicum commodum inuenta rata, et perpetua esse
volumus. Harum seriae literarum quibus et manum, et sigile-
lum nostrum apponere curauimus.

Datum Cracouiae
seria quinta post festum Beatissimae virginis Natiuitatis Ma-
rie proxima. Anno eiusdem partus 1538. Regni vero
nostri trigesimo secundo.

Sigismundus Rex sig.

**GEDANI EXCVDEBAT FRAN-
CISCVS RHODVS AN-
NO M. D. XLI.**

*Sae noui qua parte meus me rabeus urget.
Miserum calena viuere quadra*

2. In 1814 the party went to the
Cantonment of the British Army